



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XL. Vtrùm admittat etiam Confessio diuisionem ratione temporis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**



### Caput III. De Qualitate

fit; tunc illud peccatum, cuius reuelationem timet, silentio obruere potest.

Verum, quamuis flagitiosus fuerit Sacerdos, aut ebriosus; non tamen cuius pro suo arbitrio permiffum est, statim Confessionem diuidere, nisi iam antea constet, Sacerdotem hunc aliorum peccata reuelasse. Alioqui enim omni poenitenti daretur occasio malè cōfitendi; cū aliquid cernit aut suspicatur in Sacerdote reprehensione dignum.

Adhæc improba Sacerdotis vita nunquā poenitenti facultatem præbet, aliquid mutandi circa Sacramentum Poenitentiae, nisi quando probabiliter creditur in eiusmodi detrimentum poenitentis cessurum, quale Christus noluit, vt aliquis per Sacramentum sustineret. Cū autem nemo hactenus à Sacerdote flagitioso detrimentum passus fuerit per reuelationem peccatorum; nō est temerè suspicandū, quòd peccata, quamuis flagitiosi sint, vel ebriosi, peccata velint reuelare.

*Questio*  
XXXX.

*Admittitne etiam Confessio diuisionem ratione temporis?*

*Respōsio.*

DVPLICI nomine diuidi potest Confessio ratione tēporis. PRIMO, quando tam proluxa est Confessio, vt vno tempore finiri nequeat, quo casu postea redibit poeni-



pœnitens, & Absolutio differetur ad finem  
vsque Confessionis.

SECUNDO, in hora mortis, quando,  
priusquàm Cōfessio absoluitur, infirmus vo-  
ce, vel rationis vsu destituitur: Tum enim,  
si vel vnum tantum veniale peccatum pro-  
tulerit signo vel verbo, absoluendus est ab  
omnibus.

*Quid sentiendum de Confessione ho-  
minis obliuiosi; si aliquod omi-  
serit peccatum, eritne  
iteranda?*

*Questio  
XLI.*

**D**Vbium non est, quin omnes ex præcepto  
Diuino teneantur confiteri omnia mor-  
tifera peccata cum circumstantiis in infini-  
tum aggrauantibus, quorum memoriam  
habent. Quod cum ita sit, necessarium est  
pœnitentem in recollectione peccatorum, vi-  
tæ conditionem considerare; quia alia fun-  
ctioes ad alia peccata, ferè maiorē occasio-  
nem præbent. Iuuat consideratio temporis  
& locorum, dum recogitamus, quo tempo-  
re, quibusue locis diuersari solemus; expen-  
dendū vitæ consortium, & cum quibus no-  
bis consuetudo familiarior intercesserit; vt  
mortalia semel in mentem reuocet; aliòqui  
Confessio inutilis fuerit.

*Respōsio.*

In illis tamen delictis, quæ affectum ve-  
hemen-